

TOMUS XXXIV.
MISCELLANEOUM.


~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 bände:



THESES
DE
INCARNATIO-
NE FILII DEI,

Quas pro ingenij viribus,
σὺν Θεῷ,

PRÆSIDE

JACOBO KIME-
DONCIO, SACRAE THEOL.
D. & Professore in Academia
Palatina,

IOHANNES HENRICVS
SCHINZIVS Tigurinus,
tuebitur.

8. Sept. ab hora octava, in Auditorio
Theologico.

Ioh. 2. epist.

*Qui non constantur Iesum Christum venisse in car-
ne, impestores sunt & antichristi.*

HEIDELBERGÆ,
Typis Smesmannianis, Anno c1o 1o xcvi.



Ec-
tur
lli-

Ec-
dei:
to-
dei
ctis

esia
oro
efi-
ali-

tur
ex-
m-
, &
n-
fi-
Ni-

le-
fia
um
eri,





REVERENDIS, CLARISSIMIS, DOCTISSIMISQUE VIRIS, Dn. M. Burkhardo Lemanno, D. Gulielmo Stukio, Dn. Iacobo Frisio, Dn. Marco Beumlero, Dn. Iacobo Huldtricho; Ecclesiæ Scholæque Tigurinæ Doctoribus & Professoribus: Mecœnatibus, præceptoribus, & fautoribus suis summa obseruantia colendis:

Item

Amplissimo, usu & experientia rerum præstantissimo viro, Dn. Iohanni Camblio, inclytæ Tigurinorum Reipublicæ senatori, & questori fidiſſimo, patrono & auunculo suo plurimum colendo;

Nec non

Nobilissimo, erudita rerum experientia præstantissimo viro, Dn. Marco Æschero, Domino in Kempten &c. Domino suo reuerenter colendo;

Hasce theses in debitæ obseruantia signum & studiorum testimonium dedicat & offert

Iohannes Henricus Schinzius.





II

DE
INCARNATIONE
FILII DEI.

THESIS PRIMA.



ctus est.

EMINAM Filij Dei natiuitatem veneramus, diuinam & humanam: vnâ, quâ ex patre ante secula, Deus verus de Deo vero, non factus sed genitus est; alteram, qua in nouissimis diebus ex matre virgine homo propter nos factus est.

II.

Vtramque Symbolum apostolicum agnoscit & confite-
tur: *Credo in Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, natum ex
Maria virgine.* Blasphemi igitur sunt, & indubitata om-
nium Christianorum fidem abnegant, qui Christum negant
filium Dei coæternum.

III.

Sed vt omisso nunc æternæ generationis arcano, incar-
nationis dominicæ mysterium consideremus; vocabulum
quidem incarnationis, ex scripturæ dictis desumptum est: *Ioh. 1.
1. Tim. 3.
1. Ioh. 4.*
*Verbum caro factum est. Deus manifestatus est in carne. Iesus Chri-
stus venit in carnem.*

IV.

Quod verò ad rectam mysterij huius intelligentiam atti-
net, quæ ex scripturarum collatione petenda est; licet Pater
& Filius & Spiritus Sanctus, vnus sint natura Deus: non ta-
men Pater, nec Spiritus Sanctus, caro factus est, sed filius
tantum, ὁ λόγος & sapientia patris, secunda Trinitatis per-
sona: contra hæresin Sabellianorum, Noërianorum, & Pa-
tri passianorum,

A 2

Caro,



V.

Caro, cum id nominis in sacris literis diuersimodè accipiat, & pro carnea substantia, & pro homine *συνεδοχικῶς*, & pro culpa, & pro infirmitate; hic pro toto homine, verè humana carne & anima rationali constante, sumitur.

VI.

Carnem dicimus verè humanam, non imaginariam & secundum phantasiam, aduersus imposturam Marcionitarum: quâ admissâ (quod absit) sequeretur, quæcunque à Christo in carne gesta sunt pro salute nostra, putatiuè duntaxat gesta fuisse, & non secundum veritatem & sic redemptio & salus nostra nihil essent præter nudam imaginationem.

VII.

Excludimus & cæleste corpus Valentini, quod in B. Virginem delatum per eam transferit velut per canalem: aliaque hæreticorum portenta & imaginationes falsas de origine carnis Christi, præterquam ex substantia virginis, & ex Adamo, per Abrahamum & Dauidem, è quorum semine promissus fuit mundi seruator.

VIII.

Quod additur de anima rationali, partim contra Arianos, partim contra Apollinaristas spectat; quorum illi quidem animam simpliciter in Christo non confitebantur; præ-existentm & ante omnia creatum spiritum, qualem Arius commentus erat, pro anima substituentes: hi verò animam confitentes, mentem humanam Christo adimebant.

IX.

Filius Dei incarnatus, cum vero corpore & anima humana integra omnes quoque vtriusque substantiæ essentielles proprietates suscepit.

X.

Quin etiam defectus & infirmitates nostras: vt sunt fames, sitis, mors, dolor, tristitia, anxietas, & similia: quæ cuncta suscepit non ex debito peccati, sed ex propria voluntate; vt veritatem naturæ humanæ probaret, pro nobis satisfaceret, virtutisque exemplum nobis fieret.

Loqui-

XI.

Loquimur de ijs defectibus, qui communiter consequuntur ex primo peccato, & non repugnant perfectioni Mediatoris. Eiusmodi defectus est peccatum originis, quod proinde à conceptione Christi quam longissimè remouendum est. Ideoque Damascenus eleganter discernit, Christo non competere nisi τὰ φυσικά ἔα δὲ ἀβλήτα πάντα, physicas & inculpabiles passiones.

Lib. 3 or-
thod. fid.
ca. 23.

XII.

Quod Thomas Aquinas & alij, ignorantiam in animam Christi cecidisse negant (quanquam per fectionem scientiæ illius iam inde à conceptione, secundum modum videlicet recipientis) ab immensitate diuinæ scientiæ, & numero scitorum & modo cognoscendi, longissimè distare interim agnoscunt) id nobis à scripturarum simplicitate alienum videtur. *Ies. 7. v. 15. Luc. 2. 52. Marc. 13. 32.*

Part 3. q.
a. 3.
Ibidem q.
10. a. 2. & q.
13. a. 1.

XIII.

His quæ orthodoxæ fidei sunt, ita positis, nempe corpus & animam verè humanæ substantiæ cum omnibus essentialibus proprietatibus, nec non defectibus humanis, eâ quâ dictum est cautione, à filio Dei assumpta; non ideò tamen personam assumpsisse dicendus est, secundum perfidiam Nestorij; sed naturam humanam, eamque non ut ideam extra omnia indiuidua, sed vt in ἀπρω consideratam, puta hoc corpus, hanc animam, propria personalitate destituta, singulari, & ineffabili modo ὁ λόγος in vnitatem suæ personæ suscepit, indiuisè & inseparabiliter.

Damasc.
lib. 3. c. 11.

XIV.

Ac simul quidem animam & corpus in ipsa conceptione induit; præter communem nascendi legem, carne concepta ilicò omnibus membris perfecta & animata existente: alioquin filius Dei aliquo tempore fuisset caro anrequam homo. *Damascenus lib. 3. cap. 2. Basilii sermone de humana Christi generatione. Thomas p. 3. quæst. 6. art. 4. Zanchius de incarnatione lib. 2.*

XV.

Gemina igitur vnio hîc occurrit, atque ambæ simul perfectæ sunt

A 3

ctæ sunt

ἑτα sunt in persona τῆς λόγος : vnio animæ & corporis, tan-
quam partium integralium hominis, inter sese : & vnio
τῆς λόγος cum natura illa humana.

XVI.

Leo epist.
3. Damasc.
lib. 3. c. 11.
Quarum hæc etiam incarnatio, & inhumanatio à Latinis
(à Græcis σαρκωσις ἢ ἐνανθρώπησις) dicta est. Quan-
quam si verba spectes, aliud est vnio, aliud incarnatio, inquit
Damascenus. Vnio solam declarat coniunctionem: incarna-
tio autem, ad carnem, id est, ad hominem coniunctionem
factam esse ostendit.

XVII.

Quod ad modum istius vnionis (multipliciter enim diuer-
sæ res vniantur) filius Dei humanitatem non vniuit sibi con-
uersione Deitatis in carnem; quæ hæresis erat Apollinaris:

XVIII.

Neque certè conuersione carnis in Deitatem, vel carne à
diuinitate absorpta; vt Eutyches blasphemauit:

XIX.

Aut etiam commixtione, ac si ex diuina & humana natura
permixtis, vna quædam facta esset natura; vt idem Eutyches,
eiusque scelerata cohors infaniuerunt.

XX.

Damasc.
lib.
3. c. 3 & Cy-
rillus in a-
thematif
11. 15.

Ioh. 1.
Col. 2.

Explosi olim sunt & modi vnionis à Nestorio & gregali-
bus conficti, secundum simplicem inhabitationem diuini-
tatis in Christo, & κατ' ἀξίαν, ἢ ταυτοθελίαν, ἢ ὁμοτιμίαν,
ὁμωνυμίαν, ἢ ὁδοκίαν. Aliam certè vnionem expressit Eu-
angelista, cum dixit, *Verbum caro factum est.* Et Paulus, *In
Christo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, σωμα-
τικῶς.*

XXI.

Nimirum facta est hæc vnio καθ' ἰσότησιν, personali-
ter; filio Dei assumente naturam humanam in vnitatem suæ
personæ: sic vt vna eademq; persona filij Dei, ex duabus & in
duabus naturis, diuina & humana, subsistat.

XXII.

Differentia naturarum neuiquam sublata propter vni-
tatem,

tatem, sed vtriusque naturæ proprietate seruata. Creatum
mansit creatum, & increatum: & mortale mortale,
le, immortale immortale: & circumscriptum circumscri-
ptum, & incircumscriptum incircumscriptum: visibile visi-
bile, & inuisibile inuisibile.

Conciliū
Chalcedo-
nenſe.
Damaſc.
lib. 3. ca 3.

XXIII.

Eoque vnus idemque CHRISTVS (hoc enim nomen
est Verbi incarnati) simul est perfectus Deus & perfectus
homo: coessentialis patri secundum diuinitatem, & coessen-
tialis nobis secundum humanitatem.

XXIV.

Verè etiam dicitur; Deus est homo. & homo est Deus.

XXV.

Porrò tam humanæ, quàm diuinæ naturæ propria & ope-
rationes, ob vnionem, verè & realiter de Christo prædican-
tur: etsi non secundum idem. Distinguendum enim est, quid
secundum quid in scripturis de Christo dicatur, quid sonet
secundum formam Dei, & quid secundum formam serui.

August. li.
1. de Tri-
nitate.
Rom. 1 v.
3 & 4. l.
Pet. 3. v. 18.
& c. 4. v. 1.

XXVI.

Et quia nomina concreta, etiam quæ ab alterutra natura
denominantur, puta Deus, verbum, filius Dei, homo, filius ho-
minis, & similia, personæ sunt significatiua; fit vt humana
Deo, & diuina homini attribuantur. Nam & Dominus glo-
riæ crucifixus legitur: & Deus suo sanguine Ecclesiam rede-
mit: filius hominis de cælo descendit: ac in cælo se esse con-
fitebatur in terra adhuc existens. Et in Symbolo, filium Dei
vnigenitum confitemur natum ex virgine, passum, mortuum,
sepulcrum, resurrexisse à mortuis, &c.

1. Cor. 2.
Act. 29.
Ioh. 3.

XXVII.

Similiter in concreto, hominem istum credimus & præ-
dicamus esse omnipotentem, omniscium, incircumscriptum
& vbique præsentem, creatorem cæli & terræ; & quicquid
de Deo rectè prædicatur.

XXVIII.

Secus est de abstractis, quæ naturæ sunt significatiua, vt di-
uinitas, humanitas: ideoque contra vbiquitarios defendi-
mus, ex hypostaticâ duarum naturarum in Christo
vnione

vnione minimè consequi reale[m] proprietatum essentialium
diuinæ naturæ cum humanæ communicationem.

XXIX.

Certum interim est, humanam in Christo naturam tum naturalibus, tum supernaturalibus donis, quanta ne cogitando quidem mens nostra capere potest, ditatem ornatamq; realiter, per gratiam vnionis & glorificationis.

XXX.

His adhuc partim de materia, partim & præcipuè de forma ac modo incarnationis Verbi, & quæ eam consequuntur, propositis, restat de causa efficiente & finali. Et efficiens quidem est Spiritus sanctus, cuius operatione beata virgo, eadem Dei mater & ancilla, Dominum concepit: non operatione aut voluntate viri.

XXXI.

Illius fuit, animam Christi è nihilo creare: corpus è castis
Lib. 3. c. 2. & purissimus virginis sanguinibus, vt loquitur Damascenus, formare: idemque, ne vlla originali macula aspergeretur, sanctificare: atque hanc naturam humanam, corpore & anima rationali constantem, cum λόγῳ in personæ vnitate vnire. Hæc enim per conceptionem è Spiritu sancto cuncta denotantur.

XXXII.

Facta hæc sunt propter nos & salutem nostram, vt filius Dei mortem pro nobis gustando, opera diaboli destrueret, nobisque amissam iustitiam ac vitam æternam repararet.

XXXIII.

Quapropter etiã sine peccato nasci & viuere debuit: vt iustus pro iniustis semetipsum victimam inculpatam Deo offerret.
1. Pet. 3. 18.
Heb. 9. 14.

F I N I S.

Umg. VI 45


ULB Halle 3
002 379 767



s. b.


WDA





[Faint, illegible gold-leaf lettering on a dark, worn manuscript cover. The text is arranged in several columns and appears to be a list or inventory of items.]





27

I

THESES
DE
INCARNATIONE FILII DEI,
Quas pro ingenij viribus,
σὺν θεῷ,
PRÆSIDE
JACOBO KIMEDONCIO, SACRAE THEOL.
D. & Professore in Academia Palatina,
IOHANNES HENRICVS SCHINZIVS Tigurinus,
tuebitur.
8. Sept. ab hora octava, in Auditorio Theologico.
Ioh. 2. epist.
Qui non constantur Iesum Christum venisse in carne, impestores sunt & antichristi.
HEIDELBERGÆ,
Typis Smeismannianis, Anno c1o 1o xcvi.

